

cem de terra, & ut se mutuò mactent.
Arias. Alii alios se mactent.
Tygrina. Infidianti huic datum, ut tolleret pacem de terra.

EXPOSITIO III.

74. **Apoc. 4.** **T**am aperuisset, scilicet Agnus, secundum sigillum, quod in illo apparerebat in ordine, *andri secundum animal*, nimirum vitulum, ut patet ex capite 4. numero 7. & tribuitur Divo Lucæ, dicens, *veni & vide*, quia ad agnoscenda divina mysteria semper magis, ac magis ascendendum est spiritu, veni ergo & vide, ut intelligas tanta mysteria.
 75. *Et exivit alius equus rufus, scilicet potestas secularis, omnium Regum, ac Imperatorum, non unius, aut alterius sæculi, sed omnium per se secularum, ac omnium nationum. Equus ergo rufus, sunt omnes Gentiles, Barbari, Scythæ, Mauri, Sarraceni, quibus Deus dedit bellicam virtutem ad occupanda terrena regna, & qui sedebat super illum. Sessor hujus equi constituitur ex Imperatoribus, Regibus, ac Ducibus talium nationum; ut magis explicabo infra q. 8.*
 76. *Et datum est ei, utsumeret pacem de terra; scilicet à propria ambitione, ac cupiditate Deo permittente, & Diabolo suggerente datum est ei, ut per multa bella, ac dissensiones tolleretur pacem de terra, & ut invicem se interficiant. Ex ablata pace discordia insurgente, Principes terræ se invicem interficiant; non quod Martyres adversus eos insurgant, sed in pœnam suorum delictorum, ipsi contra se bellabunt, & se invicem interficiant. Datus est ei gladius magnus; id est magna nocendi potestas permissa plurimos interficere nudi.*

QUÆSTIO VII.

Quare secundum animal scilicet vitulus vocat Joannem ut veniat, & videat contenta in secundo sigillo?

77. **Apoc. 5.** **A**perto secundo sigillo secundum animal vocat Joannem dicens, *veni & vide*. Sicut & aperto primo sigillo primum animal ipsum vocavit, cum tamen valde dissimilis sit causa in utroque eventu; nam in primo sigillo valde felicia denuntiabantur, nam apparerebat sessor in equo albo, & exivit vincens, ut vinceret, & data est ei coronaz in hoc secundo erat sessor in equo rufo, & sanguineo, cui datum est tollere pacem de terra, gladio justos persequi, in d. & interficere. Non mirum tamen quod in utroque casu eadem fiat adhortatio, quia sicut lara prævidentur, ut pro eis latemur, & gratias agamus, sic etiam mala, & funesta prævidenda, ut ab eis fugiamus. Favet Primasius. *Illud esse, puto, ait, nempe cur eadem sunt exhortationis verba in utroque loco, quod sicut de bono latitiam pro*

Ecclesia victoria pollicetur, sic de malo cantelam denuntiat: ex præficientia futurorum Primum animal cum esset quid valde magnum aperit jucunda in primo sigillo; secundum animal, cum etiam esset quid va de magnum aperit funesta in secundo sigillo, sicut enim ad magnitudinem spectat dicere læta, sic etiam tristia, & infœusta.

Ad quæstionem cur secundum animal scilicet vitulus ostendit hoc secundum sigillum, ex quo prodit equus rufus, qui principatus; seu potestates omnium per se secularum denotabat, ut jam dixi in expositione, de quo latius quæstione sequenti.

Respondet primò Ferrarius, Leones, quod legerim, non pugnant de principatu cum leonibus; at vituli, & tauri pugnant cum tauris, & acriter quidem, ut ostendit Virgilius in Georg. & cum in colore rufo ostenderetur multa contentiones de principatu, ac potestate, idè vitulus tale ostendit sigillum.

Secundò, vitulus significat exercitum Principum præ sua ambitione aliena invadens, & destruens, idè sub nomine vituli designatur exercitus Romanus Jerusalem destruens Isai. 27. n. 10. *Ibi pascetur vitulus, & ibi acubabit, & consumet summitates ejus.* Inde vitulus ostendit sigillum Principum secularium, qui invicem se invadentes multis bellis c. b. ambitionem se se destruunt, & consumunt.

Tertiò, vitulus jugum ac servitutem denotat, ad serviendum homini natus est, inde merito ipse ostendit sigillum Regum, ac Principum. Nam principatus, & dominatio quædam servitutis est. Sic dixit Rex Antigonus inolesecenti filio. *An ignoras, ò fili, regnum nostrum, non esse aliud, nisi splendendam servitutem.* Sic ait nobilis Centurio Christo Domino Matth. 8. n. 9. *Ego homo sum sub potestate constructus.* D. August. ferm. 6. de verbis Domini sic explicat. *Ego homo sum sub potestate jubendi.* Cum sit potens, inde sub potestate est, & Rex regendi potestatem portat tanquam onus sub humeris.

Non omitam hic referre sententiam Andreæ Cæsariensis c. 14. *Arca, qui dicitur secundum animal vitulum dicitur existimo, hoc autem sacrificium Martyrum hostias designat.* Secundum animal nempe vitulus, vocat Joannem ut veniat, & videat, quia vitulus maximè erat destinatus ad sacrificium, idè ipse ostendit contenta in hoc sigillo, in quo Martyrum immolationes denotabantur per persecutiones tyrannorum; & idè equus est rufus, & sedenti super eum datur gladius magnus ad interfecionem Sanctorum.

Dicit fortè aliquis nostri temporis sortem dolendam quod Martyres sanguine effuso pro Christiana Religione non inveniantur, cum tyranni non sint, præcipuè in Europa, qui in nos fideles exerceant suam immanitatem. At gladius iste magnus adferari non solum intelligo illum ad effundendum sanguinem, sed etiam ad multas persecutiones, ærumnas, ac tentationes in servos Dei. Nam, ut ait Apostolus 2. Timoth. 3. numero 12. *Omnes qui pie volunt vivere in Christo Jesu persecutionem patientur.* Ubi perpende vocem omnes cum Divo Ambrosio sermone 20. in Psal. 118. dicit. *Omnes dicit nullum excipit, quis enim exceptus esse potest, cum ipse Dominus persecutionum tormenta*

menta toleraverit. Omnes qui laudabiliter agunt, hostilia odia inimici in eum parantur, nam ut præclare dixit D. August. in Psal. 117. Non enim quia Diabolus modo per Reges non servit, idè non Christiani persecutio em patiuntur, si mortuus est Diabolus, mortue sunt persecutiones, si autem ille adversarius noster vivit, unde non tentationes suggerit? Unde non servit? Unde minas, & scandala procurat.

Unde perbellè ipse Divus Augustinus sermone 32 de Sanctis. *Tota vita Christiani nominis secundum Evangelium vivat. crux est, ac Martyrium.* De sua dilecta cantat Sponsus. *Quid videbis in Sulamite, nisi choros castrorum.* Ubi sermo est de Ecclesia, & rectè dicitur Sulamitis, quod idem valet, ac pacifica; inde tamen repugnantia videtur larere in dictis, si Ecclesia est in tranquilla, ac quieta pace, ad quid in ea armata castra? Ubi summa pax viget, ibi minimè exercitus desideratur: Optimè tamen omnia coherent. In summa Ecclesiæ pace quotidiana bella, & perpetuæ pugna latent, nam ut virtus sibi consistere, ac subsistere possit, ipsa fortis bellatrix arduo, ac pugnaci ingenio indefinenter debet certamina meditari cum adversario; ut illius insultus, ac tentationes valeat repercutere. Divus Augustinus sermone 250. de tempore. *Nemo dicat, ait, quod temporibus istis Martyrum certamina esse non possunt: habet enim pax nostra Martyres suos: nam iracundiam mitigare, libidinem fugere, justitiam custodire, avaritiam contempnere, superbiam humiliare, magna pars martyrii est.*

D. August. *Christianus in Ecclesia habet multa certamina contra diabolum.*

84. **D. August.** *Christianus in Ecclesia habet multa certamina contra diabolum.*

QUÆSTIO VIII.

Quod equus rufus, ejusque sessor significant?

85. **H**ic equus rufus, & duo sequentes sicut differunt colore à primo, sic & officio, & significatione, de quo videndum est id quod dixi quæstione 2. Tamen hic aliquid addamus peculiariter ad intentum.

Ribeira ait quod rufus color sine dubio bella, & cædes indicat. Et paulò post subdit: *Significat ergo equus rufus persecutores Ecclesiæ, juxta omnium ferè sententiam, qui instigante diabolo, simul ut Apostoli vincere cœperunt, statim in Prædicatores Evangelii, & in crescentem gentem Christianorum, rabie maxima irruerunt ut profectus Evangelii impedirent.* Hæc tamen sententia non subsistit, quia quamvis verè sit dictum, Rufus color bella & cædes indicat; non est tamen verum quod directè significet persecutores Ecclesiæ, ut demonstrant sequentia verba textus; *ut invicem interficiant.* Ecclesiæ enim persecutoribus non est mutua pugna inter se, nec sancti contra eos, nec eos interficiunt.

Secundò, Alcazar vult in secundo equo significari divinam beneficentiam. Et iterum in Commentario ait. *Per hujus equi sessorem significari audaciam primorum Christianorum in sua fide promulganda.* At hæc omnia pugnant cum textu, qui potius ostendit iram, & rigorem: quæ circa in Apocalypsim. Tom. I.

enim beneficentia Divina, vel audacia Christiani tollere pacem de terra, & invicem se interficere? talia enim beneficentia divina, & audacia Christiana expellunt à nobis; & non indacunt.

Tertiò multi Doctores ut Ansbertus, Arctas, ut retuli quæstione secunda in prima sententia cum per hos quatuor sessoris horum quatuor equorum intelligant Christum Dominum, & in equo rufo prout ipse erat inflammatum igne charitatis, quomodo hæc tamen possunt stare cum eo quod dicitur, *datum est ei tollere pacem de terra.* Cum Christus sit Rex pacificus dans pacem, & relinquens pacem inter suos? Dicitur ergo tollere pacem de terra, quia Christus concordiam iniquorum ad malum ubique discindit. Sic ait Arctas. *Sedenti super equum rufum, datus est gladius magnus, ut invicem homines se occiderent: hoc est ut tollerent, ac amputarent concordiam ad malum eorum, qui erant in terra. Sicut ait Arctas. Sedenti super equum rufum, datus est gladius magnus, ut invicem homines se occiderent: hoc est ut tollerent, ac amputarent concordiam ad malum eorum, qui erant in terra. Sicut dicitur bonitatis est firmare pacem inter bonos, ita tollere inter malos.*

Quartò, Haymo. *Equus rufus, ait, est corpus Diaboli multa multitudo reprobatorum omnium, quæ opposita est equo albo electorum. Hæc rufa est, quia animalium cæde cruenta. Hujus sessor est Diabolus cuius gladius est prava cupiditatum suggestio. In qua etiam sententia est Joachimus Abbas docens, quod sessor in equo rufo sit Imperator Romanus, & Diabolus, sic ait ipse. In sessore isto Romani Imperatores intelligendi sunt, ut tamen in eisdem Imperatoribus, intelligatur Diabolus operari, qui tam ipsos, quam cæteros principes cohortatur ad pugnam. Tam miser est impius, ut pro diabolo sumatur, ut Romanus Imperator pro cæcodaemone. At hæc sententia non est ad literam, nec omnes reprobis particulares scilicet homines, nec sanguine madent, nec laborant tollere pacem, & se ipsos interficere.*

Quintò, Cornelius à Lapide adducens Andreæ Cæsariensem, & alios: ait, *Sicut per primum equum album, primus Apostolicus Ecclesiæ status significatur: ita per equum rufum significatur secundus proxime primo succedens Martyrum status.* Et statim subdit. *Equus ergo rufus significat populum paganum, puta gentiles, & infideles Ecclesiæ persecutores, atque adeò ipsas decem cruentas Christianorum persecutiones, quæ fuerunt à Nerone usque ad Constantinum per annos ducentos quinquaginta. Hæc tamen videntur involvere repugnantiam; nam si in equo rufo denotantur Martyres, quomodo persecutores Ecclesiæ. Deinde, quia de Martyribus est quintum sigillum; ergo, de eisdem non potest esse hoc secundum.*

Literalis, ac vera sententia est, quod equus rufus sunt omnes barbaræ nationes nomini Christiano contrariæ, ut sunt Gothi, Alani, Scythæ, Mauri, Sarraceni, Turcæ, Japonicæ, & aliæ feræ, ac sanguinolentæ nationes, quæ contra Christi nomen conspiraverunt, multum sanguinem Christi militum effundentes, & idè

78. *Status quæstionis.*

79. *Ferrarius.*

Virgilius.

80. *Isai. 27.*

81. *Principatus quædam servitutis est.*

82. *Matth. 8. D. August.*

83. *Et si tyranni desint, persecutiones non desunt.*

84. *Et si tyranni desint, persecutiones non desunt.*

85. *2. Tim. 3.*

86. *F. Ambrosius.*

88. *Ansbertus, Arctas.*

89. *Sicut dicitur bonitatis est firmare pacem inter bonos, ita tollere inter malos.*

90. *Haymo, Joachimus, Sic miser impius, ut pro Diabolo sumatur.*

91. *Cornelius, Andr. Cæli.*

92. *Vera sententia.*